

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio i  
cum uariis

Contemplatiua uita est caritatem Dei et proximi tota mente retinere et ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inherere ut nil iam habere libeat sed calcatis curis omnibus ad uidendam faciem sui creatoris animus inardescat.

Gregorius super Ezechiel.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

contemplatiua] e *add. (del. sub lin.)* B; tota mente] tota mento P, tormento V<sup>1</sup>, *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; faciem] famem (*cor. intra*) M